

## TITVLVS LI

terius metiare cuiusq; non multo postea procurabo: quibus manifesto cognouisse fatearis: quātū inter asinū inter sit & leonē. Scis quæ mibi sint & diuitiarū fundamenta & famulorū clientūq; turbæ. Te tibi uendica: nec in id incidas discriminis: unde facile nequeas regredi. Ex Mediolano. xiiij. kalēdas Maias.

### Synonyma cōminatiua.

Ego tibi ob tuas i me collatas iniurias: interitū pcurabo.  
Caue tuæ uitæ: cui<sup>o</sup> ego finē omni diligentia quærā.  
Nil plus appeto q; tuam necem.  
Sum in te interimendo cōtinue occupatus.  
Amici mei nibilo se nūc sciunt mībi potius gratificaturos  
q; si te cädent.  
Proditorē me nemo dicet: tibi mortē interminor.  
Hæc epistola sit tuæ mortis tibi cōminatiua.  
Tanta me nō cōtumelia solū: sed iniuria cōfecisti ut mor-  
tem tuā sim omni studio pcuraturus.  
Habes me tuū assiduū hostem.  
Nunq; hoc tibi remittā in me crimen.  
Tam me turpiter affecisti: ut sim nullis temporū discursi-  
bus indulturus tuæ culpæ.  
Tua in me malignitas quotidianam ultionē expectat.  
Nulla mea simulatione aut dissimulatiōe: indultum ab me  
tibi iudica.  
Semper ero curiosus tuæ ignominiae.  
Assidue in tuis ero damnis occupatus.  
Cū tutiore te loco censebis: maiora mea sollertia tibitunc  
iminebunt pericula.  
Nusq; esse te securiorem a me iudicato: q; ubi luce functus  
eris.

### Titulus. I.

### Belli edictua familiaris.

Vt naturæ bonorum omnī pax est iuctundissima: sic ab  
ingenio meo semper alienum fuit bellum. At cū pace ui-  
uere non licet: nō laudat̄ min⁹ apud doctos Mars æquus

## TITVLVS LI

uel armatus cruentatusq; q̄ Phœbus crinit⁹ cū citharaq; decorus. Ego nihil omisi: quo me paci præseruarem: nec miseros colonos tuos cogerem plangere: ciues collachry mare: te uero tandem & regno cedere: & fortasse uitæ. Sed nihil profeci magis q̄ si littus ararem: quod Didoni obij-  
cit apud Maronem Hiarbas. Aslidue peior & imanior fa-  
ctus es: nec quicq; præteriisti quod ad me prouocandum  
intellexeris posse facere. Nā & seruos meos cæcidisti: &  
agrum inualisti: & affecisti nos omni iniuria. Cogimus &  
nos( ut homines sumus : sentimus dolores: ac nequimus  
nō interdum perturbari) cum urget causa uæbementior:  
aliquando ulcisci nos atq; nostros: declarareq; q̄ iniqua tu-  
lerimus mente tuam in nos diuturniorem insolentiā atq;  
imodestissimam uastitatem atq; depopulationē. Ne igit̄  
aut inobseruantes nos aliquis unq; dixerit Martialis legis:  
aut tu te oppressum improuide dicas: indicimus tibi bellū  
ad tertīū kalendas Martias: ut deinceps intelligas: nec ad  
nos tuto uenturum ex tuis quemq; esse: nec non tibi agro  
tuo: tuisq; cauendum esse die noctuq; terris. Tunc enim  
edictō belli nemo nos accusabit iniuriarū: nec tu tibi non  
prædictum esse: dices. Rem habes. Exercitus apparabis  
mus: quāto poterim⁹ plures: quotq; nobis uidebunt equi-  
tum peditumq; milia: in te debellādum traducemus: om-  
niq; annitemur opera: tibi declarare q̄ male senseris: cum  
amicitiam nostram non tantifeceris: quanti facienda fuit:  
sicq; alij quādoq; deterrebunt ab ijs sceleribus cōmitten-  
dis: pro quibus se poenas aliquādo daturos esse sciant. Ex  
Mediolano. xiiij. kalendas Maias.

### Belli edictua familiarissima.

Quantis nostros affeceris incōmodis: & ministros contu-  
melij: agros depopulationib⁹: & filios ipsos interdū uul-  
neribus nō ignoras. Nos omnia uolumus prius experiri:  
q̄ armis cōtendere: pacis poti⁹ studiosi: ut regulos eē de-  
cet q̄ belli: cui uix sufficiunt tyranni. Te nō nunq; admo-  
nuimus/ ut desisteres ab iniurijs: non esse nos aliud q̄ ho-  
mines: aliquādoq; fortasse non toleraturos: qđ sāpius uis-

Vir. 4. aene.



# TITVLVS LI

dimus inuiti quidē: sed tuā demolitionē expectantes. Eo fūisti tu semper imanior: minusq; nostris cōminationibus credidisti. Quare cum uerbis proficere nos nihil posse intellexiūs: ad arma cōfugere auxiliaria constituimus: & q̄q̄ regulus non multū apparere possum armorum: non multo tñ posse te plura scimus: q̄ nos valeamus. Q si qui tecum sociale bellū ex nostris finitimi contrahent(ut solent aliquādo inquieti uelle uiuere multi) nos quoq; socios ex ijs nobis asciscemus: quibus in te uahementior ac æquior sit pugnandi causa q̄ illis in nos. Ego nemini sum iniuri? Tu multis. De me nemo: de te itre queruntur multi: Sed tu curabis ut uoles: ego rem sequar ut uidebitur. Tu tibi hac epistola bellum indicū censeto: ut post tertiu Kalendas Martias: hostē me paratum esse tibi ducas. Ex Mediolano. xii. kalendas Maias.

## Belli edictiua grauis.

- Plato** Bellum edicere dixit **Plato**: nō decere quemq; nisi reges.  
**Aristoteles** At modestius **Aristoteles** artē esse militare inquit: in qua non nisi iuste se quisq; exercet. Nō em in iustis uictoria est expectanda: ut **Homerus** ait: sed interitus. **Sequitur** enim a tergo iniustos deus: **Seneca** teste. Omnis igit in bellādo ratio fundata esse debet in æQUITATIS lege: ut nihil iniquū attemptetur: ut uoluit **Tullius**: nihil fiat: quod a bonis & æquis uiris probari nequeat. Nam ut negligant iura: non regibus locus est: sed tyrannis. Hi em(modo sic libeat) illi sunt in quos illud luuenalis dici potest: Sic uolo: sic iubeo sit pro ratione uoluntas. At ubi iura seruant: nihil esse potest uiolabile/ nihil corruptū/ nihil imundū: ut **Gregorius** inquit. Qui Martē sequitur: eū sequi Martē debet: cui sacra fieri queant: qui non iniuria sit in concilio cōumerans superum: A qto nihil inuenit factum uiolenter: omnia innocenter: & illo(ut **Virgilius** docuit) præcepti fine: Parcere subiectis: & debellare supbos. Immo interdū eo de quo inquit **Psalmista**: Quis ascendet in monte sanctum tuū: aut quis stabit in tabernaculo tuo: Innocēs manib⁹ &

**Vir. vi. aene.**

**Dauid**

## TITVLVS LI

mudo corde: qui non accepit in uano animā suam: nec iu-  
rauit in dolo proximo suo. **H**omūculi quid in hoc orbe fa-  
cimus: qui socios iugulamus / finitimos uiolamus: nec pro  
prijs (quasi Pelopes) filijs parcimus? **V**nde tantū crevit Pelops  
in nobis facinus? **N**on aliunde certe: q̄ ex avariciæ labe:  
ambitionis rota: inuidiæq; liuore: ut ite manifesto cogno-  
scim⁹ q̄ iam Phīnaus effect⁹ es: aut Tantalus: cui⁹ & detur. **P**hīnaus  
parint Harpiæ mensas: & neq; unde potēt: nec pomasa. **T**antalus  
turent: præ nimia qua detineris cupiditate: quiq; non fa- **I**xion  
bulose at uero dici possis in Ixionis torqueri rota: **S**isy. **S**isyphus  
phic⁹ assidue uebendo saxo cruciari. **Q**uid em tu non cō-  
cupiscis æstuante ista tuæ mentis furiosissimæ fornace?  
**Q**uos amicos (q̄uis simulatos omnis: nullos stabiles) non  
ambis: ut maior fias: ac potentior: **Q**uibus satellitib⁹ (q̄q;  
fidelib⁹ nullis: sed ad tempus tibi obsecundantibus) non  
polliceris plurima: ut tibi morigeri sint in omne scelus?  
**Q**uoties tu nocte intempesta furtis eos & latrocinijs ex-  
erquisti: quos uidisti tibi deditos? **Q**uotiens multa uicinis  
eripuisti: sacros prædiorum ac finium lapides subtraxisti.  
In ipsis lectulis eos cæcidisti: a quibus rem tuā detegi pos-  
se credidisti? **P**roinde qui tecum in aliquo fuit nefario cri-  
mine: curat nihil aliud: q̄ ut abs te prope diffugiat: hinc  
alios quæris tibi fures: alios trāfugas: alios pfidos: nec cō-  
sideras in eū esse fidē posse nemine: qui fidē nulli seruat:  
cuiq; credere ualeat nemo. **R**esciunt inde nō multo post  
omnia: quæ clanculū te ducis cōmisiſſe nulliq; nota. **Q**d̄  
cum alias s̄ape: tum hoc anno bis ad nos delatū est ab ijs  
q̄ neq; mentiri sunt soliti: nec alta id mibi reſerarūt de cau-  
ſa: niſi quia noluerint tantā me ſemp īcōmoditatē ſequi:  
nec me quicq; ex ea re ſcire. **N**am ubi quererer: & armēta  
mibi noctū ſurripi & in prædijs nocturnas factas eē depo-  
pulationes ac uafationes innumerabiles & in agris mul-  
ta deeffe: quæ quis subtraxiſſet: nesciremus: detexerunt ijs  
latronē: probarūtq; non uulgaribus argumentis: quid in  
nos egeris: quid agere nixus ſis. **S**criplimus ad te ſape:

# TITVLVS LI

rogauimusq; ne nos malles hostes q; amicos: contra inge-  
nuam meā uiuēdi rationē esse: ut molesti cuiq; fieremus:  
sed coactos id demū non esse nos neglectūros. Respon-  
disti tantū eē ab Lacedāmone Athenas: quātū Athenis  
**Lacedāmoniā**: neq; curare te uerba: cum uiri ducis fili⁹:  
non mulieris famulæ fueris. Tandem huc uentum est: ut  
**Marte** nobis bæc tua iniuria ppulsanda sit: quā Phœbo  
tueri me nequeo. Tua tamē cauſa in bellū nos existimes  
cadere: meminerisq; quod **Virgili⁹** ait sanctissime: At spe/  
rate deos memores fandi atq; nefandi. Ad tertium kalen-  
das **Martias** īdico tibi exitiale bellum: quod ferro flam-  
misq; definiat. Ut enim & crudelissimus es: & sœuissimos  
babes clientes atq; tuorū ministros scelerum: sic nos fore  
in te tuosq; īmanissimos: expectato. Si qua in re mitiores  
nos exhibebimus: id benignitati naturæ nostræ concede-  
tur: quæ interdum plus sibi seruiet q; tibi sœuiet. Præter/  
ea cōiugī tuæ pudicissimæ filijq; tui dissimillimis compa-  
tiemur: ut homines sumus: & **Terentiano** instituto: nihil  
humani a nobis putamus alienum. **Trāsacto** igitur eo die  
quo edicimus tibi bellum hac epistola belli edictua: nihil  
esse tibi tuisq; mecum atq; cum eis cōmune ducas: præter  
prælāndi cupiditatem. Nunc habes & quid tibi cauendū  
sit: & quid mibi cogitandum. Ex **Mediolano** undecimo  
kalendas **Maiaſ**.

## Synonyma belli edictua.

**T**ali die bellum īdictū esse tibi: scito.  
Post eum diem pax mecū tibi nulla futura est.  
Fac ut existimes p⁹ eū diē: ppetuas tibi mecū inimicitias.  
**I**mplacabile trāsacto eo die exercebit̄ inter nos odīū.  
**N**ihil post eum diem inter nostros tuosq; exercebitur be/  
niuolentiæ.  
**T**uā ob causam talis dies īitiū nobis cōstituet bellī.  
**P**rælia quæ tali die sum⁹ tecū īituri: ceslabūt deide nūq;.  
**E**a dies principiū nobis erit præliādi: nullū habitura finē.  
**F**ecere iuriae tuæ ut nūq; p⁹ eū diē bello cōstituā abstiere.

# TITVLVS LII

Nemo me iam distrabet: ut peracto die illo; sim assidue tibi bellum illaturus.

Frustra laborabis: si lapsō die illo cēsebis posse nos a præliando diuertere.

Cupim⁹ diē talē aduētare: ut deiceps geram⁹ sp̄ bella tecū  
Adeo me coegisti tuis iniurijs sœuire: ut eo die supato im  
mortales simus futuri hostes.

## (Titulus. līj.

**P**acis proclamatua familiaris.

Posteaq⁹ nō mediocres nos ad bellum p̄uocauerunt cauſe: subest iam ultima præliandi ratio: ut in pace ocioq⁹ uiuatur: ut apud **T**bucydi des & **C**cicero ppulcre cōplexus est. **N**os iam dudū iuste mouerūt ad cōmunes ini  
micitias rationes: q̄tib⁹ alteri alteris non cessimus. **C**redidere tui jā sibi fines nostros cōmunes esse pascuisq⁹ suis debitos. **N**os fecus sensimus. **R**es dirimenda bello fuit. Post cruxoris tantū effusum: **M**ars uiam inuenit ueri. **S**ublatæ sunt discordiarū uiæ. In pacatissimā & tranquillissimā uenimus mentem. **A**ger noster nobis relictus est. **V**os iure cessistis. **I**am est pax perpetua proclamāda. **S**ciant igit& nostri oēs & exteri: licere publice priuatimq⁹ inter nos nostrosq⁹ quicqd rerū agi: & cōmerciorū omnibus transfigi: sublataſq⁹ nobis bellorum leges p̄aconisq⁹ uoce nřas basce proclamatias pacis litteras declarari. **E**x Mediola no. x. Kalendas Maias.

**P**acis proclamatua familiarissima.

Curate o nostrarū urbium præsides: passuumq⁹ custodes ubiq⁹ publice proclamare præcones nostros: post diutina bella: inter nos **T**auriscosq⁹ transacta: iam pacē indelibile esse firmatam: ut omnibus liceat quoquo modo res suas in utriusq⁹ imperijs agere: tū pedemōtanis apud **I**nsubres tū **I**nsubribus in pedemontio: tum exteris in utrisq⁹ princi patibus: omnes cūm cessarunt discordiarū causæ: cū de iniurijs quas querebamus nobis illatas esse: pac̄ti simus: nec cuiusq⁹ uel minime rixæ supersit causa. **L**ætandum autem

**T**bucydi  
des  
**C**cicero.